

M. Valeri Martialis

Epigrammaton

Liber I

Spero me secutum in libellis meis tale temperamentum¹ ut de illis queri non possit quisquis de se bene senserit², cum salua infimarum quoque personarum reuerentia ludant; quae adeo antiquis auctoribus defuit ut nominibus non tantum ueris abusi sint sed et magnis. Mihi fama uilius constet et probetur in me nouissimum ingenium. Absit a iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres nec epigrammata mea scribat: inprobe facit qui in alieno libro ingeniosus est. Lasciuam uerborum ueritatem, id est epigrammaton linguam, excussarem, si meum esset exemplum: sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Gaetulicus, sic quicumque perlegitur. Si quis tamen tam ambitiose tristis est ut apud illum in nulla pagina latine loqui fas sit, potest epistola uel potius titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur qui solent spectare Florales. Non intret Cato theatrum meum, aut si intrauerit, spectet. Videor mihi meo iure facturus si epistolam uersibus clusero: Nosses iocosae dulce cum sacrum Florae festosque lusus et licentiam uolgi, cur in theatrum, Cato seure, uenisti? An ideo tantum ueneras, ut exires?

Io spero di aver raggiunto nei miei libretti un equilibrio tale, che non debba avere delle lamentele sul loro conto chiunque abbia di sé una buona opinione, visto che essi scherzano mantenendosi rispettosi persino dei personaggi più bassi. Gli autori antichi non l'ebbero un rispetto così: essi usarono i nomi di individui non soltanto reali, ma addirittura importanti. Voglio che la mia notorietà abbia un prezzo meno alto e il mio talento sia pure l'ultima cosa che si apprezza in me. Gli interpreti malevoli se ne stiano lontani dalla schiettezza dei miei scherzi e non riscrivano i miei epigrammi: si comporta da disonesto chi fa il fino nei libri di un altro. Quanto al realismo spinto delle mie parole – che è poi il linguaggio degli epigrammi – io me ne scuserei se l'esempio lo stessi dando io: ma scrivono così già Catullo e Marso e Pedone e Getulico e tutti quelli che si leggono d'un fiato. Se però uno è tanto ostentatamente cupo che in sua presenza non sia mai possibile in nessuno scritto parlar Latino, ebbene può fermarsi a questa lettera o meglio ancora al solo titolo. Gli epigrammi li si scrive per chi di solito assiste ai giochi della dea Flora. Catone non entri dentro al mio teatro, o se ci entrerà, faccia lo spettatore. Credo di essere nel mio diritto, se chiuderò questa lettera con dei versi: Visto che conoscevi già il piacevole rito di Flora, e i giochi delle sue feste e la licenza della folla, perché, o rigoroso Catone, sei venuto a teatro? Oppure ci sei venuto proprio soltanto per uscirne?

¹ *temperamentum*= giusta misura

² *bene sentio*= nutro pensieri positivi

Dichiarazioni di poetica

4.49 *a nostris procul est omnis vesica libellis*

Nescit, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce
qui tantum lusus illa iocosque uocat.
Ille magis ludit qui scribit prandia saeui
Tereos aut cenam, crude Thyesta, tuam,
aut puero liquidas aptantem Daedalon alas
pascentem Sículas aut Polyphemon ouis.
A nostris procul est omnis uesica libellis
Musa nec insano syrmate nostra tumet.
"Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant".
Confiteor: laudant illa sed ista legunt.

Credimi, Flacco, non sa cosa siano gli epigrammi
Chi li chiama soltanto "giochetti" e "scherzi".
Scherza piuttosto chi scrive del pasto del crudele
Tereo o della tua cena, sanguinario Tieste;
o di Dedalo che attacca al suo ragazzo le ali che si scioglieranno,
o di Polifemo che pascola le sue pecore di Sicilia.
Dai miei libretti è lontanissima qualsiasi gonfia vacuità,
e la mia Musa non si vanta della pazzia dei tragici.
"Ma quei componimenti li elogiano tutti, li ammirano, li adorano".
Lo dico chiaro: elogiano quelli ma leggono questi.

Il poeta e il potere

4.63 *haec monstra Neroni* (contro Nerone: concessione al potere)

Dum petit a Baulis mater Caerellia Baias,
occidit insani crimine mersa freti.
Gloria quanta perit uobis! Haec monstra Neroni
nec iussae quondam praestiteratis, aquae.

L'ideale del poeta

10.74 *quid concupiscam quaeris ergo? dormire* (la vita snervante del *cliens*; il poeta marginale)

Iam parce lasso, Roma, gratulatori,
lasso clienti. Quamdiu saluator
anteambulones et togatulos inter
centum merebor plumbeos die toto,
cum Scorpus una quindecim graues hora
feruentis auri uictor auferat saccos?
Non ego meorum praemium libellorum
- quid enim merentur? - Apulos uelim campos;
non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
nec quae paludes delicata Pomptinas
ex arce cliui spectat uua Setini.
Quid concupiscam quaeris ergo? Dormire.

5.15 *me tamen ista iuuant*

Quintus nostrorum liber est, Auguste, iocorum
et queritur laesus carmine nemo meo,
gaudet honorato sed multus nomine lector,
cui uictura meo munere fama datur.
"Quid tamen haec prosunt quamuis uenerantia
multos"?
Non prosint sane, me tamen ista iuuant.

Quadri sociali

1.57 *nolo nimis facilem difficilemque nimis* (l'ideale femminile del poeta)

Qualem, Flacce, uelim quaeris nolimue puellam?
Nolo nimis facilem difficilemque nimis.
Illud quod medium est atque inter utrumque probamus:
nec uolo quod cruciat nec uolo quod satiat.

Tu vuoi sapere, Flacco, come vorrei che fosse o non fosse una ragazza?
Non voglio che sia troppo facile ma neanche troppo difficile.
Mi va bene una mezza misura, una via di mezzo:
non voglio una cosa che mi torturi, ma neanche una che mi satura. (indicativo??)

—

1.73 (un marito geloso malaccorto)

Nullus in urbe fuit tota qui tangere uellet
uxorem gratis, Caeciliane, tuam,
dum licuit: sed nunc positus custodibus ingens
turba fututorum est: ingeniosus homo es.

Non c'era nessuno, in tutta la capitale, che volesse
toccare tua moglie neanche gratis, Ceciliano, fin tanto
che si poteva.
Però, adesso che le hai messo attorno delle guardie del
corpo, c'è una ressa enorme di ganzi: sei davvero un
uomo di talento.

2.56 (pettegolezzi sulla moglie di Gallo)

Gentibus in Libycis uxor tua, Galle, male audit
Immodicae foedo crimine avaritiae.
Sed mera narrantur mendacia: non solet illa
Accipere omnino. Quid solet ergo? Dare.

Fra i popoli della Libia tua moglie gode di una fama
cattiva, Gallo: l'accusano di essere sconciamente avida,
fino all'eccesso. Sono bugie belle e buone: lei di solito
non prende un bel niente. Cosa fa di solito? Concede
molto.

(cfr. 2.41 la "bella" raggrinzita che non si rassegna alla vecchiaia ; 1.62 la "casta" Levina che se la spassa nei luoghi di villeggiatura)

2.16 (Zoilò, il parvenu)

Zoilus aegrotat: faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, cocchina quid facient?
Quid torus a Nilo, quid Sidone tinctus olenti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? Dimitte Machaonas omnis.
Vis fieri sanus? Stragula sume mea.

(Zoilò è il protagonista di altri epigrammi: 2.42; 3.29 - ove ostenta l'offerta di anelli al dio; 11.37 - l'anello di Zoilò è talmente pesante da essere più adatto alle gambe che a un dito;

3.8 *Thaïda*

'Thaïda Quintus amat.' Quam Thaïda? 'Thaïda
luscam.'

Unum oculum Thaïs non habet, ille duos.

"Quinto ama Thaïde." Quale Thaïde? "Thaïde la
guercia". A Thaïde manca un occhio solo; a lui due.

3.26 *uxorem sed habes, Candide, cum populo*

Praedia solus habes et solus, Candide, nummos,
aurea solus habes, murrina solus habes,
Massica solus habes et Opimi Caecuba solus,
et cor solus habes, solus et ingenium.
Omnia solus habes - hoc me puta uelle negare! -
uxorem sed habes, Candide, cum populo.

Le tue proprietà sono soltanto tue, Candido, e anche le
monete d'oro; le murrine sono solo tue ed è soltanto tuo
il Massico e il Cecubo dell'epoca di Opimio.
Anche il cuore è solo tuo e il talento.
Possiedi tutto solo tu – pensa (pure) che io voglia dire
che non è vero!. Tua moglie, però, mio caro Candido,
l'hai in proprietà con una folla.

11.12 (**Zoilo** è un bastardo arricchito)

lus tibi natorum uel septem, Zoile, detur,
dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

11.92 *non uitiosus homo es, Zoile, sed uitium*

Mentitur qui te uitiosum, Zoile, dicit.
Non uitiosus homo es, Zoile, sed uitium.

4.77 *Pendentem uolo Zoilum uidere* (l'emarginazione sociale del poeta a fronte del successo dell'arricchito)

Numquam diuitias deos rogau
contentus modicis meoque laetus:
paupertas, ueniam dabis, recede.
Causast quae subiti nouique uoti?
Pendentem uolo Zoilum uidere.

Un epicedio

5.45

Hanc tibi, Fronto pater, genetrix Flaccilla, puellam
oscula commendo deliciasque meas,
paruola ne nigras horrescat Erotion umbras
oraque Tartarei prodigiosa canis.
Inpletura fuit sextae modo frigora brumae,
uixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam ueteres ludat lasciua patronos
et nomen blaeso garriat ore meum.
Mollia non rigidus caespes tegat ossa nec illi,
terra, grauis fueris: non fuit illa tibi.

Bilbilis

VALERIVS MARTIALIS PRISCO SVO SALVTEM.

Scio me patrocinium debere contumacissimae trienni desidia; quo
absoluendanon esset inter illas quoque urbicas occupationes,
quibus faciliusconsequimur ut molesti potius quam ut officiosi
esse uideamur; nedum in hac prouinciali solitudine, ubi nisi etiam
intemperanter studemus, et sine solacio et sine excusatione
secessimus. Accipe ergo rationem. In qua hoc maximum et primum
est, quod ciuitatis aures quibus adsueueram quaero, et uideor mihi
in alienio foro litigare; si quid est enim quod in libellis meis
placeat, dictauit auditor: illam iudiciorum subtilitatem, illud
materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conuictus, in quibus
studere se uoluptates non sentiunt, ad summam omnium illa quae
delicati reliquimus desideramus quasi destituti. Accedit his
municipalium robigo dentium et iudici loco liuor, et unus aut
alter mali, in pusillo loco multi; aduersus quod difficile est
habere cotidie bonum stomachum ne mireris igitur abiecta ab
indignantem quae a gestiente fieri solebant. Ne quid tamen et
aduenienti tibi ab urbe et exigenti negarem - cui non refero
gratiam, si tantum ea praesto quae possum -, inperau mihi, quod
indulgere consueueram, et studui paucissimis diebus, ut
familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria
sua. Tu uelim ista, quae tantum apud te non periclitantur,
diligenter aestimare et excutere non graueris; et, quod tibi
difficillimum est, de nugis nostris iudices nitore seposito, ne
Romam, si ita decreueris, non Hispaniensem librum mittamus, sed
Hispanum.

12.18 (la pace di Bilbilis e la vita alienata di Giovenale)

Dum tu forsitan inquietus erras
clamosa, luuenalis, in Subura
aut collem dominae teris Dianae;
dum per limina te potentiorum
sudatrix toga uentilat uagumque
maior Caelius et minor fatigant:
me multos repetita post Decembres
accepit mea rusticumque fecit
auro Bilbilis et superba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Boterdum Plateamque - Celtiberis
haec sunt nomina crassiora terris -:
ingenti fruor improboque somno
quem nec tertia saepe rumpit hora,
et totum mihi nunc repono quidquid
ter denos uigilaueram per annos.
Ignota est toga, sed datur petenti
rupta proxima uestis a cathedra.
Surgentem focus excipit superba
uicini strue cultus illiceti,
multa uilica quem coronat olla.
Venator sequitur, sed ille quem tu
secreta cupias habere silua;
dispensat pueris rogatque longos
leuis ponere uilicus capillos.
Sic me uiuere, sic iuuat perire.

12.31 (il *locus amoenus* domestico riconquistato)

Hoc nemus, hi fontes, haec textilis umbra supini
palmitis, hoc riguae ductile flumen aquae,
prataque nec bifero cessura rosaria Paesto,
quodque uiret lani mense nec alget holus,
quaque natat clusis anguilla domestica lymphis,
quacque gerit similes candida turris aues,
munera sunt dominae: post septima lustra reuerso
has Marcella domos paruaque regna dedit.
Si mihi Nausicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere "Malo meos".

Bilbilis nella memoria: spazio di una vita a misura d'uomo (cfr. anche 10.103)

Saepe loquar nimium gentes quod, Auite, remotas
miraris, Latia factus in urbe senex,
auriferumque Tagum sitiam patriumque Salonem
et repetam saturae sordida rura casae.
Illa placet tellus in qua res parua beatum
me facit et tenues luxuriantur opes:
pascitur hic, ibi pascit ager; tepet igne maligno
hic focus, ingenti lumine lucet ibi;
hic pretiosa fames conturbatorque macellus,
mensa ibi diuitiis ruris operata sui;
quattuor hic aestate togae pluresue teruntur,
autumnis ibi me quattuor una tegit.
I, cole nunc reges, quidquid non praestat amicus
cum praestare tibi possit, Auite, locus.